

Nam ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τολεηθότως σύνοφρον perinde est, ac si dixisset, ἐχέτω τὰς ὄφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας· quo vocabulo utitur alicubi Plutarchus. Existimabit aliquis fortasse, βλεφάρων ἴτυν accipi ἀντὶ τῶν βλεφαρίδων· et hic sensus prima fronte se offert. Sed si quis propius intueatur: videbit, contextum orationis hoc non ferre. Nam quid hoc sibi vellet tandem, μὴ διάκοπτε τὸ μεσόφρον, μηδὲ μίση, ἀλλ' ἐχέτω τὰς βλεφαρίδας σύνοφρους? Absurdum certe hoc esset. Quod si quis pertinaciter hanc interpretationem tueri voverit, sed alio sensu: primum σύνοφρον legat, ut sit τὸ σύνοφρον substantivum, quod, et novum est, et durum: deinde claudens sententiam post σύνοφρον, et interpungens, addat δὲ post βλεφάρων, ut sit, βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινήν, et repetat ἀπὸ τῆς καινῆς verbum ἐχέτω. Sed vide, quam vim afferas contextui. Deinde an colorem βλεφαρίδων describeret, de superciliarum colore taceret? Cur non potius integram servans orationis seriem, βλεφάρων ἴτυν accipies περιφραστικῶς, ἀντὶ τῶν ὀφρύων? Nonne positaе sunt κύκλω τῶν ὀμμάτων αἱ ὄφρῦς? Atqui dixit βλεφάρων, non ὀμμάτων· quid tum? Si ambiunt totum oculum, certe et palpebras, oculi partem illis magis vicinam, praesertim si de superiore palpebra intelligas. adde, quod hunc versum ingredi non poterat ὀμμάτων. Xenophon, Memor. I, 4. 6., quoque dicit, naturam providam ὀφρύσιν ἀπογεισῶσαι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν. Denique mihi magis videtur consentanea rationi haec expositio. Si quis tamen aliquid melius afferat, illum sequar. Est autem aliquando σύνοφρος mulieris epitheton, quo etiam puellam quandam honestat Theocritus Eidyll. 8. v. 72. s. his versibus: Κῆμ' ἐκ τῷ ἀντρω σύνοφρος κόρα ἐχθρὸς ἰδοῖσα τὰς δαμάλας παρελῶντα, καλὸν καλὸν ἡμεῖς ἔφασκεν. Eadem appellatur et μίξοφρος. Anacreon, ut vides, addit λεληθότως. Videre est autem ita propemodum coeuntia supercilia iis, qui moesti frontem contrahunt, et corrugant. vnde etiam illi, verbo ab hoc nomine deducto, συνοφρευσθαι dicuntur. Mirum est vero, placuisse illis ita confusa supercilia, quum nihil a pulchritudine magis videatur alienum. Sed alia multa observabis veteribus fuisse in deliciis, quae tui non erunt stomachi. Caeterum linguae Latinae inopia loci huius interpretationem reddit paulo difficiliorem. Nam,
nec